



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 65. Sacellum in honorem S. Præsepis a Pontifice erectum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

---

§. LXV.

Sæcul. XVI.

A. C. 1586.

*Sacellum in honorem S. Præsepis a  
Pontifice erectum.*

Quantumvis Sixtus Pontifex primæva *Ciac.* &  
naturæ inclinatione in expensis par- *Vid. tom. 4.*  
cus thesauros colligere satageret, ni- *pag. 115.*  
hilominus suum Pontificatum honorifi- *Bull. Conf.*  
ca memoria celebrandi ambitio in eo *58. p. 628.*  
prævalebat: eapropter ingentibus fane  
sumptibus in Ecclesia sanctæ Mariæ Ma-  
joris Sacellum in honorem Præsepis Do-  
mini Salvatoris nostri erigi jussit, quin  
tamen vetus Sacellum ob antiquitatis  
suæ venerationem destrui vellet: insu-  
per in eodem loco duo Mausolæa eri-  
curabat, quorum unum sibi destinabat,  
ubi marmorea effigies Sextum in genua  
procumbentem exhibit: ad alterum  
vero Pii V. Corpus transferri curabat,  
ut cunctis legitimum suæ gratitudinis  
monumentum ob tot beneficia ab eo-  
dem Pontifice recepta relinqueret: an-  
no autem sequenti præfatum Sacellum  
dotabat, concessisque pluribus privile-  
giis ibidem Præpositum, Sacrastam, Sa-  
cellanos, & Beneficiatos instituit, præ-  
cipiens, ut suæ familiæ posteris ad hæc  
beneficia præsentandi jus competeret.

Præ-

n.